TUTO THARISIENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26576
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ojaryve. habens uxorem sterilem. Cui appa
ruit angelus dicens. & dixit ei. Sterilis es.
& absque liberis. sed concipies & paries filium.
Locus capitulum huius aliquotiens me ad consi
derationem propriae infirmitatis promouit.
qua ad correptionem barbatorum & debilium.
speciale quoddam infirmioris sexus praeco
nium ostendit. Non enim uir quamquam caput
sit mulieris. prior hic diuinae reuelati
onis archanum suscipit. sed mulieri commen
datum. ita demum illa indicante cognoscit.
Sara quidem intra tabernaculum manente.
abrahae deforis dicentem adhuc habebit sa
ra filium. hic autem ordine mutato. ut
etiam infirmioris sexus dignitas osten
datur. mulier relictis sibi promissum uiro
nunciat partum. Quibus auditis cum orasset
manue ad dominum. ut eundem uiderem me
reretur nuncium. iterato angelus in ei sed